



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

Cap. VIII. S. Sixtvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

nem aduersus eos suscipiat. Item paulò inferius. Statuentes decernimus, omnes, qui sanctos Patres persequuntur, aut amouere vel dilacerare nituntur, manifestè infames esse, & alienos à limitibus Ecclesiae usq; ad satisfactionem fieri. Item in eadem inferius dicit; Similiter, si huiusmodi personis quædam 15. q. 6. c. si scriptura quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extorta fuerint, vel ut se liberare possint quocunq; ab eis conscriptæ vel* laborata fuerint * roborate. ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumentum prouenire censemus, neque ullam eis infamiam, aut calumniam, aut à suis sequestrationem bonis unquam auctore Domino, & suis Apostolis, eorumq; successoribus sustinere permittimus, quia confessio in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet. Pessimum est enim de suspicione, aut extorta confessione quenquam iudicare. Præcepit & in eadem, vt in consecratione corporis & sanguinis Domini eius passio sit commemoranda. & vt aqua cum sa- 2. c. in sacra- le benedicatur, & in dominis fidelium aspergatur, & fidem sanctæ ^{mentorum.} Trinitatis, sicut à Patribus acceperat, ita scripto suo nos edocuit. Et c. aquam. Hic ordinavit Episcopos 5. presbyteros 6. diaconos duos.

C A P . VIII.

S. SIXT V S.

A. cxxxii.

SIXTVS, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata. sedit ann. 10. menses 2. diem vnū. Fuit autem temporibus Adriani, usq; ad Verum & Anniculū. Sub quib. & martyrio corona- tur 3. Non. Aprilis. ^a Hic in decretis suis monendo præcepit fidem a epist. 1. ad o- rectam, & ab Apostolis traditam inconcussè seruandam, qua & mnes. ipse nos, scribēdo instruxit. ^b Præcepit etiam, vt sacra vasa non tan- ep. 2. ad o- gerentur, nisi ab hominibus ad hoc officium Deo sacratis. Hic mnes Episcop. De cons. dist. constituit, vt quisque Episcopus aliqua aduersitate pulsatus licen- t. c. in sancta. ter appellat Romanam & Apostolicam sedem, & illuc vocatus, 2. q. 6. si quis venire non renuat. nec inde absque Apostolicis litteris ad propriā vestrum. redeat, vt vicini sui ex hoc intelligent, qualiter ibi suam, aliorum- que causam finierit. Constituit etiam, vt nemo Episcopū suis rebus exspoliet, aut à propria sede expulsum excommunicare, aut diiu- dicare præsumat. Hic ordinavit Episcopos 4. presbyteros 11. diaconos 3.

C A P . IX.

S. T E L E S P H O R V S.

B 3

TELE-